University of New Mexico
UNM Digital Repository

UNM Weekly 1916 | UNM Weekly 1910-1919

3-14-1916

U.N.M. Weekly, Volume 018, No 27, 3/14/1916

University of New Mexico

Follow this and additional works at: https://digitalrepository.unm.edu/unm_weekly_1916

Recommended Citation
University of New Mexico. "U.N.M. Weekly, Volume 018, No 27, 3/14/1916." 18, 27 (1916). https://digitalrepository.unm.edu/unm_weekly_1916/11

This Newspaper is brought to you for free and open access by the UNM Weekly 1910-1919 at UNM Digital Repository. It has been accepted for inclusion in UNM Weekly 1916 by an authorized administrator of UNM Digital Repository. For more information, please contact disc@unm.edu.

EDITIO EXTRAORDINARIA

U. N. M. WEEKLY

Published by the Students of the University of New Mexico

Vol. XVIII — ALBUQUERQUI, N. M. ID. MART. MCMXVI — No. XXVI

UNIVERSITY

RES ATHLETICAE.

Hunc annum Honores egregii ab athletis nostris et folli pedis et cursu per rus et folli corbulae acquisiti sunt. Nulla parva spes exstitit domum lardum portandi quoque ex ludo illo nationali—pila stationum. Complures athletae ex acie proximi anni nobis adsunt. Noster celeber gymnasiarchus ac exercitor athletarum, Ralphus Ageringus Hutchini Filius nobis dixit Roium Corhanum exercendo nostros athletas operam daturum. Corhanus hac aestate pila ludet in urbe Sancti Ludovici, qua in urbe, scitis, Anheuser-Buschus cervisiam illam facit. Athletae cursus cinerum partem suam facient.

Carnivale splendidum in Armorio die natali Georgi Washingtoni habitum est. Intramuralia certamina indicium indubium successus futuri in curriculo dederunt. Cursus pomorum terræ et impedimentorum risum ac clamores omnibus faventibus spectantibusque excitaverunt.

Die Arborum decimus sollemnis ludus pilae inter Facultatem et Seniores habebitur. Fama est Facultatem clam se exercere. Cavete, Seniores.

Acies Facultatis, ut Sequitur:

Professor Virga .....Prehensor
Director Hutchinsonius .....Iaculator
Professor Leupoldius.....Statio Prima
Professor Ecclesia.....Statio Secunda
Professor Edingtonius...Statio Tertia
Professor Bellicastrum .....
.....Statio Contracta
Professor Clarkius.....Ager Sinister
Professor Sederius.....Ager Medius
Professor Incendivir.....Ager Dexter
Professor Michelus .....
.....Scamnum Calefaciens
Professor Sherwinus .....
.....Portator Clavarum

Acies Seniorum.

"Ruber" Balcombius .....Prehensor
Lapraikius .....Iaculator
Penna .....Statio Prima
Loganus .....Statio Secunda
Batevir .....Statio Tertia
Gouinius .....Statio Contracta
Venatio .....Ager Sinister
Aula .....Ager Medius
Threlkeldus .....Ager Medius
Isaacus Barthius .....Iudex

Adeste omnes Die Arborum! Cadus cervisiae ad stationem tertiam ponetur. Omnes gratis admittuntur (sed non ad cervisiam).

O vos Seniores, finem Vestrum videmus. Nunc vobis ilicet. Vocate pollinctorem!

Incursione in Arizonam cognita, nostri athletae in curriculo cinerum viribus summis se exercent et priores candidati aciei studiosiores sunt. Multi novi candidati recenter apparuerunt. Ab prima luce ad noctem videas non nullos currentes, saltantes super crates, discos vel sphaeram plumbi jacientes.

Inter alia studia complures ludo pilae operam dant. Loci in quibus pila luditur elegantis condicionis sunt. Certamen Vernum non procul abest ac quisque miratur quis in singulis virorum, in singulis feminarum, in duplicibus virorum duplicibus feminarum inque duplicibus mixtis victurus sit.

"Numquam osculum do,"
Inquit Prue, "Juveni pravo.
Per Venerem hac re abhorreo.
Sed unum vel duo accipio
Et gratias tibi ultra dabo."

UNDIQUE SURREPTA

CIRCULI ROMAE ANTIQUAE.

A P. Siblejo Fero Scriptum.

I.

Augustus Fit Cupidus Sciendi.

Nuper, Octavi, dixisti iturum
Te mecum olim et campos visurum
Ubi libentes jam ludimus illa
Altivolante, durissima pila.
Dic mihi, vetule, saltem spectare
Nonne nunc vis, si nondum tentare."

Frustra cum Imperatore locutus,
Impedimenta ac fustes indutus,
Abii atque quaesivi amicos
Qui jam profecti ad agros apricos.
Sed vix discesseram fessus orando,
Cum Caesar, fessus et ipse negando,
Talia reddit adstantibus fando:

"Bella, Rapinae, Incendia, Caedes,
Carmina, Litterae, Templa et Aedes,
Quae sunt res publicae, graves et durae,
Illis furentibus nihil sunt curae;
Immo pol VINUM, MULIERES CANTUM,
Non tantum diligunt, antea quantum!
Namque NOVICIUS LUDUS DAMNABILIS
Nescioquis, et, ut dicunt, mirabilis
Fascinavisse videtur sodales
Quondam carissimos contubernales.
Eam rem omnem non facio flocci;
Sum studiosior COMICI SOCCI,
Amo PICTURAS MOVENTES VEL FONTEM,

"At cantilenam eandem cur cano?
Num decet ipsi mentiri tyranna?
Huc AUTOMOVENS VEHICULUM ferte!
Quid-INEL agant comperiam certe."

II.

Augustus Utitur Lingua Vulgari Sed Ludum Discit.

Pilam expuleram aggere primo,
Cum Imperator, jam illitus limo,
Clamans, "Quid! Istoc est totum?" apparet,
Atque observat dum pila volaret
PEDES per caelum ad terram SESCENTOS.
'En," inquit, "Sane homunculos lentos,
Qui quot diebus exercent jam dudum
Effeminatum ejusmodi ludum!

"Quam PUTRIS ICTUS hic proximus erat!
Talis ut aegre peritus pol ferat;
Tu imbecillus es, hercle, Maecenas;
Quid fiet tibimet, quaeso, per venas?
'ATAVIS EDITE REGIBUS'—quippe;
Hoc enim luderet ludo XANTIPPE!
Si non potuero longius sphaeram
Quam tu impellere, causam tum quaeram.
Clavam da mihi; ostendam, sceleste,
Ego ut faciam. Omnes adeste!"

Ita locutus, tenaciter prendit
Clavam et statim ad aggerem tendit.
Sprens confestim in mediam manum
Pectore scelus anhelans profanum,
Agitat baculum sat negligenter;
S-s-st! ferit sphaeram (ut putat) valenter.
At tamen haece immobilis jacet
Puer cachinnat, cui saccum ferebat,
Temporis tamen momento sibilat,
Nam ululatum jam Princeps tollebat:
"STULTE DAMNATE, AD USQUE AVERNAM
VOLO TU EAS GEHENNAM INFERNAM!"

Tum ridens, "Oculos," inquam, "Attolis:
PILULA illa est, minime FOLLIS."

"ISTUD PRO DI IMMORTALES EXCUDE!
Si placet, eris dum mortuus, ride!
Heus, VESPERTILIO caece, ausculta:
Quae tibi faciam ea sunt multa.
Meo et tu exercebimus soli—
Pilam amittere edepol noli!"

Nos modo CAUDAS GALLORUM MARTINI,
Modo lagenas arcessimus, vini.

(Ex Tribuno Chicagoensi surreptum)

THE LINKS OF ANCIENT ROME.

By Bert L. Taylor.
(A translation of Circuli Romae Antiquae.)

I.

Augustus Becomes C2K.

Maecenas:
"Octavius, I've often heard you say
That you'd cut out the work some sunny day,
And have a look at our new country club.
Why not this aft, old top? Put on a sub;
Come down and watch us shoot a round of golf
Whether you stay to play or stay to scoff."

"Nix on that golf stuff," said the Emperor,
And so to prod him further I forbore.
Grabbing my clubs I chucked them in my car,
And made the two miles to the links in par;
While Caesar, peeved at having stood me off,
Let go the following remarks on golf:

Augustus:
"War, glory, statecraft, and the Muses Nine
No longer charm these golf-mad friends of mine;
Wine, skirts, and song have also lost their hold
Beside this strange new game that, I am told,
By old and young and wise and foolish played is—
For which I would not give a hoot in Hades.
Me for the play or moving picture show,
A hand at bridge or any game with go;
But chasing white pills around a vacant lot
Is my idea of entertainment, not.

"But here I am, singing the same old tune.
I've really not much on this afternoon,
And can, as old Maecenas said, knock off
And watch him shoot a hole or two at golf.
My motorcycle, boy! I'd like to see
Just wotinel this d. f. game may be."

II.

Augustus Indulges in Strong Language, But Learns the Game.

I whaled the ball two hundred yards or more—
A screamer—when up wheeled the Emperor,
Exclaiming, as he watched the sphere sail off,
"Ye Gods! Is that the total sum of golf?
Weaklings and mollycoddles, what a shame
To waste your time on such a baby game!
"And you, Maecenas, 'Son of Ancient Kings'
(As Flaccus boy satirically sings
In his last book, 'A Line-o'-Verse or Two'),
Is that the best, old scout, that you can do?
A strobe most lady-like! Why, on my soul,
I'd back Xantippe for a ball a hole!

"Say, if I couldn't slam that piffling pill
Over the crest of yonder fir-clad hill
I'd go jump in the Tiber. There, I say
Give me that mallet! Caddy, stand away!"

Preluding thus, the Top Card took his stance,
Giving the "pill" a quick, contemptuous glance,
Then swung the driver with terrific force,
And—missed the ball a foot or two, of course.
A caddy snickered, then discreetly blew,
And Caesar after him the driver threw.
With certain objurgations, warm and tinglish,
That look less rude in Latin than in English.
I laughed and said: "You see, it takes some skill;
You didn't keep your eye upon the pill.
The striking surface, you'll observe, is small;
It's not, Octavius, a soccer ball."

"Aw, cut that out, for love of Mike," said he.
"Laugh if you will—I'll grant it's one on me.
Son of a bat!" he called the nearest caddy—
"We'll learn this game alone. Come on, my laddie;
And if you lose this new ball in the rough
What I will do to you will be enough!"

So off they went, while we the club bar found,
And ordered dry martinis all around.

(This poem and the Latin version of the same are lifted from the "Chicago Tribune" and the "Brothers of the Book.")

"FATUITATES" IUNIORUM.

Nocte xvi a. d. Kal. Apr. Iuniores spectaculo omnes discipulos delectabunt, aptissimo illi diei, qui dies Sancti Patrici est. Praecipue acerrimum erit spectaculum quod hic annus bisextilis est. Delectabiles res ab ambolus sexibus multo cum pipere factae evenient. Omnes vocantur.

DIES CAMPESTRIS.

Proximo die Saturni Die Campestri declarato, paene omnes discipuli Campum purgando, locos in quibus pila luditur reparando, et sordes ex cellis dormitoriorum eluendo operam dabant. Multi, Pricketto duce, aratro duobusque vehiculis, multam terram ex uno loco fodiebant ac ad alium locum portabant curriculum reparandi causa. Non nulli viri sordes e cellis suis aqua multa ac verribus eluerunt. Unus ex discipulis dentes suos lavans visus est! Una ex inhabitantibus Dormitori Feminarum capillos suos lavit. Campus nunc mundissimus est.

MAGNAE RES A SENIORIBUS GERENTUR.

O vos minima sapientia! Vos inexperti administrationis magnarum rerum! Si voltis magnas mentes ac frontes altas exsultantes confectione magni operis videre, in Atrium Rodii die Lunae Non. Mai. venite. Ibi Seniores multas res novas facient. Quid facturi sint, nemo scit. Seniores ipsi quamquam saepe audiverunt Diem Ordinis gravem atque jucundissimam esse, numquam unam experti sunt. Tamen habendum est facile esse Senioribus talem diem fructuosum jucundissimum omnibus facere atque non dubitandum est quin Seniores res magnas novasque in lucem magna gloria ad delectationem omnium dent. Omnes versati igitur in studiis literarum facile impellentur ut illo die claro adsint. Res tam simplex erit ut omnes etiam Viri Virentes intellegere possint.

CERTAMEN INTRAMURALE.

Proxima nocte die Saturni Y. M. C. A. et Y. W. C. A. in Aula Rodii certamen intramurale curriculo Habuerunt. Quibus palmae datae sint, non fas est dicere propterea quod alii invidi essent. Omnes rem jucundissimam fuisse dicunt.

U. N. M. WEEKLY

Albuquerque, New Mexico

Published every Tuesday throughout the College Year by the Students of the University of New Mexico.

Subscription Price:
Per Year, in advance.....50c
Single Copies 5c

Entered in the Post Office in Albuquerque, New Mexico, February 11, 1904, as second class matter.

COMITES SANCTI SANCTORUM.

G. Adlaius Penna....Editor Princeps
P. Fuscus Timmones.....
.....Editor Rerum Forensicarum
D. Faber Howdenus.....
.....Editor Ludorum
E. Alvin Gerhardtus.....
.....Editor Ludorum
Henela Thackerus. Editrix Literarum
Lillia Gustavi Filia.....
.....Editrix Literarum
G. Leonidas Emmones.....
.....Editor Rerum Localium
G. Ernestus Hammondius.....
.....Praefectus Negotiis
L. Boalis Michelus, Professor. Censor

IDIBUS MARTIIS, MCMXVI.

PROPOSITUM NOSTRUM.

Salvete, benigni lectores! Aliquis dixerit linguam Latinam mortuam esse; Immo, sepelitam esse quoque ultra quamvis spem resurrectionis. Ut hos tam stulte dicentes confutaremus, in animo habuimus partem U. N. M. Imbecilli edere. In primis, intellegite, si vobis placet, nos non conari scribere quemadmodum Ciceronem scribentem exspectatis. Lingua viva in annos, in menses, in dies se mutat. Si lingua Latina ad tempus nostrum superesset, syntaxis multum aliter ac in diebus Ciceronis se haberet. Exempli gratia, 'proscriptio," verbum quo antiqui utuntur, idem significat ac verbum Anglicum "advertisement." Quoniam haec vox in compluribus linguis Europae hodie apparet, verisimile est ut, si hodie Latine loqueremur, "advertisamento" utamur pro "proscriptione." Complura verba, igitur, quae in hac editione invenietis, nusquam in omnibus operibus Ciceronis et aequalium eius reperietis. Quod nolite exspectare.

Liceat nobis sine crimine vestro eis verbis et vocibus utamur quae facillime intellegere potestis.

COMMODA NOSTRA.

Tabulae Universitatis Novae Mejiconis ostendunt multos discipulos ex aliis civitatibus huc venisse. Olim non ita erat, sed nunc omnes gentes utilitates multas ac magnas hujus Universitatis videre incipiunt. Inprimis doctrina nostra non excellenda est. Discipuli qui aliis academiis adfuerant et qui nunc nobis adsunt, non superiores vel scientia vel moribus inventi sunt quam illi qui cunctam educationem ex hac Universitate receperunt. Deinde haec Universitas in omnibus rebus versatur quae ad educationem completam pertinent. Certaminibus forensicis athleticisque omnes universitates Occidentales viribus nostris concedunt. Vita jucunda est. Mores democratici sunt. Minimo pretio vivitur. Multi laboribus suis se alunt. Caelo benigno, discipuli per totum annum sub divo ludis campestribus sese dedunt. Sodalitates numero multae voluptatem praebent.

OPTIMUM EDITORIALE HORUM DIERUM.

(Ex Palladio Sabino Excerptum.)

De Praeparatione multum, ecastor, nuper audivimus. Sed quare gens nostra propter hanc rem tam pestilentissime commoveatur nos ipsi non intellegimus. Homines feroces vero in nos periculum saepe intendunt, sed istud semper fit. Quid damni nobis dare possent? Nos Americani florentes, integri tranquillique sumus. Haec omnis grandiloquentia gravis nos gelidos reddit.

"Non puellulum meum
Educavi militem."
Neque nos quoque.

Patroni nostri nos prohibent ne advertisamenta sua Latine reddamus.

ORATIO A M. ANTONIO HABITA.

Amici, Romani, Cives mei, Aures mihi mutuum date.
Venio ad sepeliendum Caesarem, non eum Laudatum.
Mala quae homines faciunt post eos mortuos vivunt,
Cum ossibus eorum saepe tumulatur bonum.
Quo modo fiat Caesari. Nobilis Brutus
Vobis dixit Caesarem cupidum gloriae fuisse.
Quod si verum erat, vitium ei pergrave.
Et maximo pretio id Caesar expiavit.
Huc, Bruto et ceteris adsentientibus.
(Nam Brutus est vir perhonestus,
Omnes quoque viri sunt honesti)
Venio ego locutum in funere Caesaris.
Amicus meus fuit, mihi fidelis ac aequus,
Sed Brutus eum fuisse cupidum dictitat
Et Brutus perhonestus est.
Multos captivos domum Romam duxit
Redemptiones quorum Aerarium Saturnini impleverunt.
Visane est haec res ambitiosa?
Cum Pauperes clamorem sustulerunt, flebat Caesar.
Oportebat ambitionem fingi materia austeriore.
Vos omnes Lupercalibus vidistis
Me regalem coronam ei ter obtulisse
Quam recusavit ter. Eratne haec ambitio?
Brutus autem dicit eum ambitiosum fuisse
Et ille, videlicet, est honorabilis.
Haec loquor non ad refutandum quae Brutus dixit
Sed ego adsum dicendi causa quae ego scio.
Vos omnes olim hunc amavistis, non sine causa.
Quae causa ergo vos impedit ne eum doleatis?
O judicium, tu profugisti in animalia ferocia,
Et mortales mentes suas perdiderunt! Indulgete mihi.
Meum cor in illa arca una cum Caesare jacet
Et mihi morandum est dum se ad me recipiat.

Non potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omni ad utilitates suas convertit; alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.—*Seneca, Epist. ad Lucilium.*

Sera persimonia in fundo est.—*Seneca, Epist. ad Lucilium.*

Grimshaw's
ALBUQUERQUE, N.M. CORNER CENTRAL AND SECOND
Ice Cream Candies
Chocolate Shop
Hot Lunch Every Day
LUNCHEONETTE

WHEN YOU ENTERTAIN----

Your friends in your room nothing is so tasty as some dainty prepared on a Chafing Dish. No chafing dishes are quite so nice or convenient as *Electrically Heated* ones.



Albuquerque Gas, Electric Light & Power Co.

THE FIRST NATIONAL BANK

Invites your banking business, offering you a complete service, a service which is the outgrowth of thirty-six years of successful banking experience. :: ::

First National Bank
Albuquerque, New Mexico
CAPITAL AND SURPLUS, HALF A MILLION

E. L. Washburn Company
INCORPORATED
OUTFITTERS FOR MEN AND BOYS
The Place Young Men Like to Trade
119 WEST GOLD AVENUE :: 1222 SOUTH SECOND STREET
Albuquerque, N. M.

Superior Lumber and Mill Co.
PAINT, HARDWARE, LUMBER AND CEMENT
PHONE 377 501 SOUTH FIRST

THE KAPPLE FURNITURE CO.
COMPLETE HOME FURNISHERS.
FURNITURE MANUFACTURED TO ORDER AND REPAIRED.
First Store on East Central Phone 376

SIMON STERN, Inc.
THE CENTRAL AVENUE CLOTHIER
New Fall Goods on Display

If It's Good We Have It
NEW MEXICO CIGAR CO.
Agents for Whitman's Candies—"The Fussy Package for Fastidious Folks." Pool Hall in Connection. Meet the Boys Here.

Albuquerque Lumber Co.
LUMBER, PAINT AND GLASS 423 N. FIRST STREET

J. C. BALDRIDGE LUMBER CO.
Lumber, Sash, Doors, Paints, Oils
423 South First St. ALBUQUERQUE, N. M

STRONG BROS.
Clean, Efficient, Reasonable SERVICE
PHONE 75

Star Hay and Grain Co.
DEALERS IN ALL KINDS OF
HORSE, CATTLE and POULTRY SUPPLIES
Phone 411

TYPEWRITERS
All sorts, bought, sold, rented and repaired. -- Exclusive dealers in the famous ROYAL TYPEWRITERS (Used by U. N. M.)
ALBUQUERQUE TYPEWRITER EXCHANGE
PHONE 144 114 W. GOLD

COLLOQUIA CUM CELEBRIS MORTUIS.

(Cum apologiis "Vitae.")

Viator: Gratias tibi ago, Charon. Spero ne iterum tuo cymbo rimoso traducar. Pedes madidos habeo.

Charon: Hic Styx amnis vivis hominibus non transeundus est. Homo vivus tanti ponderis est ut cymbus meus paene mergatur. Sed noli decipi, amice. Iterum venies post mortem et iterum te traducam.

Viator: Ubi est Cerberus? Paratus eram ut eum aspicerem.

Charon: Ferias habet. In locum ejus T. R. posuimus, qui propter dentes magnos est multo horrendior custos quam Cerberus. Omnes manes perterriti procul stant. Ha! Ha!

Viator: Huc veni Caesarem aspiciendi ac cum eo colloquendi causa. Ubi Inferorum est?

Charon: Petisne Julium? I derecta via in nemus fortunatorum.

Viator: Gratias.

* * * * *

Viator: Magne Caesar, esne tu?

Caesar: Certe. Sellam tibi habe. Heus, puer, cigarros asporta atque spiritus frumenti.

Viator: Cigarros? Spiritus frumenti? Apud inferos? Istud meum caprum capit. Habesne forte vehicula automoventia quoque? Vada etiam?

Caesar: Certissima res quam scis. Sed Vada; Ne unum quidem! Hae regiones sunt Elysium non Tartarus. Necesse est ut hic beati simus.

Viator: Ignosce mihi! Bonos cigarros hic habes.

Caesar: Ita. Complures veteres pueri fumare amant, Romulus, Remus, Cincinnatus, Scipio Africanus, Alexandrus, Horatius praecipue, paene omnes, Vergilio et Socrate exceptis. Pompejus, meus amicus—

Viator: Sed—

Caesar: Scio. Inter nos ad Pharsalum pugnavimus sed mortui securim sepelivimus. Sic ut dicebam, Pompejus quodam die mecum colloquium habens dixit se fumare cigarro conari velle. Ante hoc tempus non fumaverat Saepe putaveram Pompejum conaturum et ego Horatiusque jocum bonum concoximus, Non nulli capilli ex caudis equorum Diomedis extracti in quendam cigarrum clam inserti sunt et— Ha! Ha!

Viator. Attonitus sum, Caesar. Non intellexeram te hujus generis esse. Mihi perstudiosus rerum militarium politicarumque semper visus eras.

Caesar. Post vitam brevem et plenam curis ac negotiis gravibus omnes apud Inferos curis liberati sumus. Sed quid vobis mortalibus dolet? Qua re Angli, Galli, Itali, Germani, Austri, Russi et alii inter se pugnant? Quid adipiscuntur nisi mortem et damnum.

Viator: Rationem habes, sed te quoque cupidum gloriae fuisse fama est.

Caesar: Cupidus gloriae fui sed eodem tempore optavi ut unam gentem viderem tam validam ut nulla alia gens cum ea dimicare posset. Nationem similem tuis Civitatibus Conjunctis facere conabar qua in natione quaeque gens ac quaeque provincia paris auctoritatis ac imperi futura esset. Sed Brutus mihi fabas effudit. Tamen quadringentos annos paene omnia bella contra barbaros a Romanis gesta sunt. Tam validum ac solidum erat Imperium Romanum. Unam sponsionem pacis universalis habetis, sic mihi videtur. Conjungite plurimas gentes quas potestis in unam validam nationem. Sint communis classis, communis exercitus, communia judicia, communis senatus. Quo facto, quamvis aliam gentem belli gerendi cupidam coercere poteritis. Doctrina ista "Libramen Imperi inter Gentes" nihil nisi bella effecit. Si pace uti voletis, nolite dividere sed consolidate imperium.

De atrocitatibus temporis vestri quid dicam? Nihil nisi quod numquam feminis liberis inermibusque captivis navium submarinarum bellum intuli. Legistisne de mansuetudine ac misericordia mea quibus in hostes victos usus sum? Magnopere moneo ut vestigia mea insequamini. Consilium illud "terroris" quo Germani in Belgas, Austri in Serbos, Turci in Armenos usi sunt nihil nisi odium perpetuum ac firmitatem animi hostium efficit quae bellum protrahunt. Sed poculum tuum exhaustum est. Quid mavis, Scoticum vel Secale?

Viator: Nihil pluris. Maximas gratias pro bono hospitio ac colloquio jucundissimo tibi ago. Vale!

Caesar: Vale! Spero ut iterum te aspiciam. Propera ut venias.

C. IULIUS CAESAR EX ELYSIO LOQUITUR.

Vobis gratias ago, O amici mille nongentis quinquaginta annis post meam mortem meministis.

Si unum desiderarem, esset ut hodie in terra vivere et auxilium ac subsidium Gallis Belgisque ferre possem quorum prognatos multis proeliis vici in locis illis ipsis ubi magna certamina hodie videmus. O tempus ac varietatem! O horrorem vicesimi saeculi! Bella quae gessi pro proeliis Belli Magni non secus ac ludus liberorum erant. Tamen, si memoriam mei tenetis, fortunatus ac beatus sum, sciens me quoque "monumentum aere perennius exegisse."

De Bruto et aliis nihil in animo quod dicam habeo. Sic ut aliquis dixit, "Certe praemia sua habent." Eis libenter ignosco.

Iterum gratias vobis habeo, quod hodie me meministis.

C. IULIUS CAESAR.
Id. Mart. MCMXVI.

DE MARCO CICERONIS FILIO ATHENIS STUDENTE.

Adolescentes Romani, ut studia exercerent, aut Athenas in Graeciam aut Alexandriam in Aegyptum aut Pergamum in Asiam, ut alia loca omittam, saepe veniebant. Filius Ciceronis, qui fere annos natus erat, Athenas in urbem quae studioso philosophiae complura commoda praebebat, a patre missus est. Sed filius litteras parvi faciebat, se ostendens hac re languidum et inertem ac fere nihil nisi nugatorem ignavum. "Maximo pretio," patri scribit qui Romae erat, "Athenis vivitur, vel in hac urbe ingeniis cordis dedita. Cuidam mihi persolvendum est qui commentarios exscribat et heri modo unum ex magistris meis dono parvulo donavi. Interdum familiares ad cenan voco, et sumptu parcior esse non possis."

Ciceroni ipsi, qui in aes alienum inciderat, pecuniam ab quodam faeneratore accipere cupienti, Atticus amicus, "Opes meas," inquit, "Tuas habe, ex quibus huic adolescenti quae velit des. Nam aliquando constans moribus ac artibus compluribus utilibusque penitus deditus Romam redibit, in urbem familiarium suorum." Quod, etsi magnopere exspectatum, haud futurum erat.

Immo etiam, mehercule, hic adolescens, si illis diebus id facere potuisset, multum argentum vehiculis automoventibus ac puellis chori pependisset. Sed antiqui nostras "Excursiones Gaudi" non cognoverant.

Amici vitium ni feras, prodis tuum.
—*Syrus Publilius.*

Secrete amicos admone, lauda palam.
—*Syrus Publilius.*

Qui genus jactat suum, aliena laudat.—*Seneca, Her. Furens.*

Proprium humani ingenii odisse quem laeseris.—*Tac. Agricola.*

SPRING TOGGERY IS HERE, BOYS!

And we want you to come for a look and a try-on.
We will guarantee to save you money on anything you need in the clothing line.

J. C. PENNEY CO.
Operating 125 Stores

EQUATOREM VIDIT!

Quaedam anus pestifera olim navi trans Oceanum Pacificum ad Australiam vecta molestias magnas Capitano praebebat quod Equatorem Aspiciendi cupidissima erat. Denique Capitanus, ira non diutius se continens, magna voce clamavit:

"Omnes adeste, qui Equatorem aspicere voltis."

Anus statim adfuit.

"Aspice per hunc telescopum," inquit Capitanus, "Eccem Equatorem transimus."

Haec loquens, capillum e capite suo extractum ad finem telescopi tenet.

"Gloria sit!" inquit anus, "Equatorem denique ac in eo elephantum quo que ambulantem video."

SEDISTINE UNQUAM IN INSIDIAS?

Instructor apud discipulos Caesarem legentes quaerit: "Quid est insidias?"

Respondet discipulus mente micante: "Insidiae sunt virgulta aut rubi quae in Desertis Americanis invenias."

Instructor, jocularitER: "Habetne hoc virgultum spinas?"

Discipulus: "Sic concludo ex eo quod ei qui in insidias sedent malum plerumque accipiunt."

DE "VADIS" NOS QUOQUE JOCOS FACIMUS.

Instructor: "Quis primus vehiculis automoventibus usus est?"

Discipulus: "Hannibal, propterea quod Livius in Libro xxi dicit Hannibalem exercitum suum Rhodanum "Vadis" traduxisse."

Out of the Pages of History
Have Stepped the
New Spring Styles
IN
LADIES' SUITS AND MILLINERY
A most gorgeous array of the new styles awaits your inspection.
ROSENWALD'S

$15 And Up — ALL WOOL SUITS Made To YOUR Measure — **$15** And Up
SATISFACTION GUARANTEED
NATIONAL WOOLEN MILLS
120 WEST CENTRAL AVE. PHONE 198

VISIT THE
Golden Rule Dry Goods Co.
FOR VALUES FOR MEN AND WOMEN

CERRILLOS ANTHRACITE VARIOUS SIZES
CERRILLOS AND GALLUP LUMP
CERRILLOS AND GALLUP EGG
LIME
HAHN COAL CO.
Phone 91
COKE
MILL WOOD
STOVE WOOD AND KINDLIN

The American Trust and Savings Bank
Albuquerque, N. M.
PAYS 4% ON SAVINGS ACCOUNTS, RECEIVED FROM $1 UP

Fine Cigars, Cigarettes and Tobaccos
5c Shoe Shining
Hat Cleaning While-U-Wait
Mecca Pool and Billiard Hall
LARGEST AND FINEST PARLORS IN THE STATE
2½c Per Cue
215 W. CENTRAL AVE.
Vasil Bros., Props.
PHONE 962

BOOKS The Best Selected and Most Attractive Line of books this side of Kansas City.
Selected for all ages and stations of life. SEE THEM. STRONG'S BOOK STORE

Latusventoexpositum Ambulator, editor U. N. M. Hebdomadalis, non diutius ambulat. Podagram habet.

Professor Mitra, Praeceptor, argumentatorum, risum perpetuum amisit. Vae nobis miseris! Ab agricolis victi sumus.

Domina Louisa Spina, illustris cantatrix, et domina Davis, Cynthianae Indianae nata, discipulae in hac Universitate sunt. Libenter has recentes studentes in nostros ordines excipimus.

Professor Virga nuper "Vadum" secundae manus emit. Dum paucis ante diebus rapide vehitur, forte, me Hercules iuvet, uni ex gallinis Professoris Collis occucurrit. Gallinae talus contusus est et pennae complures ex cauda amissae sunt. Vadum in officina reparatoria iacet.

Multi pares studentium, bracchiis, junctis una ambulantes nuper visi sunt. Re vera, tempore verno studia juvenis ad amorem expedite se convertunt.

Proxima nocte Professor Leupoldius forte ante Dormitorium Virorum "Vadum" suum reliquit. Quidam discipulus foras nocte obscura egressus occucurrit atque id corrupit.

Haec tristis vox in Aula Cenae audita est:
"Passus sum jam, Molli."

Matres familias Dux et Morganus, Rosvellienses, paucos dies hebdomadis proximae pueros suos Prunellam et Signa viserunt. Viatores huc Vado vecti sunt.

Ira Claustrum,, Alumnus 'XIII, proxima hebdomade Campum visitavit.

Maria Doliarius, Callupae, paucos dies proximae hebdomadis Luluam, filiam suam visit.

Annarra Villicus paucos dies jam aegra est in Dormitorio Mulierum. Nollemus factum esse. Tamen sanitas ei rapide recurrit.

Usus est mihi viro vehiculum automovens habentem. Omnes viri quos cognovi tantum bicyclos habent. Statim mihi consule. Catherina Tegularum Structor.

Onitivia juvenis, Urbis Argenti, visitor recens in Campo erat. Suspicamur unam ex nostris puellis esse causam. Tamen optimus juvenis est. Ehem! Shirlea.

ADVERTISAMENTUM.

CONSISTITE! CIRCUMSPICITE! AUSCULTATE!

Habesne famem? Sitim? Calorem? Estne tibi opus ut libros caeruleos ad examinationes emas? Si ita, venite ad cavernam" Earli in cellam quae in Dormitorio Virorum sita est. Hic venalia sunt saccharum crystallinum, dulces omium generum, aqua carbonata omnium flavorum, poma, liba, mala Medica, fici, sapo, dentifricium, &c. Hic relinquite membrana et picturas experimendas.

Date Earlo experimentum.

"THE BEST AMERICAN MAKE"

an Doncaster ARROW COLLAR
2 for 25c
Cluett, Peabody & Co., Inc., Makers

CARMEN I xxxviii Q. HORATI FLACCI ANGLICE REDDITUM A BERENICA CALVO

(BERNICE BALDWIN)

I hate to see a man,
Who lives beyond his means;
Who feeds on veal and turkey
When he'd best eat pork and beans

Whose wife shows flashy jewels
And diamonds made from paste;
While his daughter wears cheap satins,
And folks say: "My, what taste."

Who keeps roses from the hothouse
On his table all the year;
Though he knows they're too expensive
And won't help his debts to clear.

The simple, wholesome things are best,
For men of all degree,
As well the worried millionaire,
As lucky care-free me.

Me—lying in the hammock,
Beneath the maple's shade,
Philosophizing wisely,
While I sip my lemonade.

SENTENTIAE.

Neglegere quid de se quisquis sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti—*Cicero, De Officis.*

Fatetur facinus is qui judicium fugit.—*Syrus Publilius.*

Dictum sapienti sat est.—*Plautus.*

Sed nescio qui nos teneat error ac miserabilis ignoratio veri.—*Cicero.*

Nil mortalibus ardui est;
Caelum ipsum petimus stultitia neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Jovem ponere fulmina.
—*Horace.*

Persicos odi, puer, apparatus,
Displicent mihi philyra coronae;
Mitte sectari rosa quo locarum
Sera moretur.
—*Horace.*

ADVERTISAMENTUM.

Leonidas "Clavus" Argillanatus est procurator "Lavandari Excelsioris." Sinite ut vestimenta vestra lavemus. "Lavamus omnia praeter infantem." Pretia justa. Opus bonum ac splendidum. Vestimenta fiunt candida.

ADVERTISAMENTUM.

Willardus Dies procurator officinae "Shulli" celebri sutoris. Habentne calcei vestri foramina in solis suis? Shullus calceos reparant et efficit ut ci boni quasi novi sint.

CICERONIS IMPRECATIONES.

O tempora, O mores! Mehercule atque edepol! O gloria egressa Romae antiquae! Hic illi sunt, qui sese discipulos appellant, conantes, frustra autem, scribere lingua quae saepissime meas cogitationes ad auditores Italiae tulit. O gens perversa, vos saeculi pessimi! Stulti! Infirmi! O, mihi dolorem affert! Meum caprum capit! Cur non id exsciditis?

Altissima quaeque flumina minimo sono labuntur.—*Rufus.*

Nulla est claus ibi esse integrum ubi nemo est, qui aut possit aut conetur rumpere.—*Cicero, In Verrem.*

PHONE 28 Occidental Bldg
G. B. FAWKS
GROCERIES AND MEATS
"Promptness and Quality"

A.J. MALOY, GROCER
Headquarters for Lunch Goods. Sweet, Sour and Dill Pickles, Green and Ripe Olives, Sunshine Cakes, Fruits, Nuts, Candies.
216 CENTRAL AVE.

Buy your Candy at Students Down-Town Headquarters
WE HANDLE LOWNEY'S CANDIES. ALWAYS FRESH.
O. A. MATSON & COMPANY
206 WEST CENTRAL AVENUE PHONE 19

CRESCENT HARDWARE CO.
Stoves, Ranges, House Furnishing Goods, Cutlery and Tools, Iron Pipe, Valves and Fittings, Plumbing, Heating, Tin and Copper Work.
318 WEST CENTRAL AVE. PHONE 515

"Peg" Claiborne AGENT FOR Excelsior Laundry

Manhattan Shirts Forbush Shoes
M. MANDELL
THE LIVE CLOTHIER
COME IN AND SEE OUR CLOTHCRAFT SUITS AT
$15.00

FEE CANDY STORE

Kistler, Collister & Co.
ALBUQUERQUE'S DRY GOODS SHOP

ESTD. 1883
Everitt
THE DIAMOND PALACE
RELIABLE WATCHMAKERS & JEWELERS
107 W. CENTRAL AVE.
ALBUQUERQUE, N. Mex.

CRYSTAL THEATRE 221 SO. SECOND ST.
Highest Class V-L-S-E and PARAMOUNT PICTURES. South American Travel Pictures every Thursday and Friday

"B" THEATRE Cor. 2nd St. and Central
Best 5c Show in the State—Pictures Change Every Day

WESTERN MEAT CO.
WHOLESALE AND RETAIL BUTCHERS
STEAM SAUSAGE FACTORY

STATE NATIONAL BANK, ALBUQUERQUE, N. M.
UNITED STATES DEPOSITORY
DEPOSITORY OF THE SANTA FE R. R.
WE SOLICIT YOUR BUSINESS

Peg Claiborne
—Agent for—
LEE BRAZOS CLEANING CO.
Suits Cleaned and Pressed, 75c.

Fine Shoe Repairing



U. N. M. Work a Specialty
SHULL and SEVER
211 E. Central

Buy Fresh Meats, Poultry and Game
—at the—
San Jose Mkt
WEST CENTRAL AVE. PHONE 100